humilitus consentiens. **H**ec omnia operatus est vnus et idem spiritus in Anthonio que figuratiter vidit Iohannes i apostoli filium ecclesie raptum in celum a face draconis. de qua qdem ecclesia premititur signum magnū, apparuit in celo / mulier amicta sole iusticie / et luna tota mutabilitatis sub pedibus eius / et in capite eius coronā stellaz. xij. que sunt xl. xij. apli. xl. xij. articuli fidei / vel vniuersitas granarum. **L**ibet hic et clamare felix ista dies tati patris anthonij in qua natus est olim illustrissime memorie philippus dux quondam burgundie princeps pacis prudentissimus memorandus cum reuerenti semp suo spiritū. nedum mihi sed toti gallie. immo et ecclesie. p̄dicari sepe numero parisi in hac die natiuitatis sue dicens inter cetera dies hęc celebrem esse sibi debere nō. quia natus erat in mundū filius ire de matre que concepit eū in peccatis / maledicenda potius exēplo Job et Jeremie. **R**ecolenda vero dies hec. qz baptisimi regenerationem q̄a natus est deuo meruisset. q̄a rursus patronum talem et tantū quasi peculianter dedisset in animi sui deuotione dominus deus nosse profuerit tibi et nunc tua hec deuotio p̄iceps illustrissime ad salutē anime p̄petuaz profecerit insup ad indite posteritaz tue bonum et acceptum deo statum. **S**ic opto sic precor atqz desidero. sine fictionis aut adulationis spiritu **T**estis est in celo iudex meus coram quo est omne desiderū meū scis quoniam ita mihi sum conscius in ueritate perat ergo falsitas et ueritas uincat. ueritatem enim uinci falsitate / pessima est victoria. **U**nde et si iubet proximum diligere deus sicut seipm qui uero diligit iniquitatem odit animā suā et seipsuz consequens est q̄ ille primum odit qui iniquitate in eo nutrit et diligit / put uidit philosophus in ethiāis tollens omnem ab impio amiciam / etiam cum seipso. **S**ed uideat unde captus est sermo doceamus fortitudiez vini sacre sapientie ex effectibus quos operatum est in Anthonio. itaqz dicit in Esdra qz seducit mentē. id est seorsum ducit. hoc nunquid non in Anthonio p̄spicue monstratum ē. dum ad uicam euangelica uini p̄gustationē ad vnam ut dicit guttam.

**S**i uis p̄fectus esse uade et uende omnia que habes et da pauperibus / ipse p̄tinus a terrenis ad spiritualia / ab imis ad summa / a uisibilibus ad inuisibilia / a caducis ad eterna seorsum ductus est / quoniam sedens in solitudine leuauit se sup se usqz adeo ut ueniens do uent nō esse p̄fecta orationez que nō ita raperetur in se cum qz sui ipsius neqz q̄ meminere. **N**onne bona tibi uideret et optanda mentis hec seductio hec seorsum ductio / quā inducit sapientie sacre uinum **T**radidit super hac mentis seductione doctrinas et industrias diuinas Dionysius in d̄ mystica theologia / memorabile est id qd littera refert de Anthonio qui occurrente sole faciem uertebat ad orientem ubi tam diu fixis stabat suspensus mentem ad celestia quousqz sol oriens feriret radijs oculos eius / quod Anthonius moleste ferens qd impedis o sol mentem meam celestia contemplari. testis est huius anagogia foror / nostra / quoniam ea duce carnebat in spiritu lucem. **D**e qua Boetius hanc quisquis poterit notare lucez candidos p̄ci radiis ne gabat. **S**equit̄ alter effectus uini nuptialis et theologia / qz regis et orphani facit mentem uanam / alia littera uia. **I**tes serui et liberi / pauperis et diuitis. **T**ollitur hic acceptio p̄sonarum / quia pusillū et magnum fecit deus **N**ūquid soli diuites eū gelizantur / euangelizant et paupes. **U**nde in Hester nuptijs dabatur unicuiqz uinū fm magnificentiā regiam / non iuxta diuinitas sedentium uel paupertatē. **E**st autem uanitas aliqua mala ut ibi. uani sunt omnes homines in quibus non est sapientia dei. hanc non affert sed tollit sapientia et addit uanitatem laudabilem que ex humilitate fundatur. quemadmodū tu felix heremi cultor et incolā Anthoni superflusus hoc uino sapientie tete reputasti quasi nihilum et inane in cōspectu diuine maiestatis ex consideratione p̄pe fragilitatis dicat cum psal. **E**go ad nihilum redactus sum / et iterum substantia mea tanq̄ nihilum ē ante te. **B**eata proptus et rara uanitas huiusmodi / quā docet tradit et efficit p̄ uinum sacre scripture summus p̄cerna christus. **D**iscite a me quia mitis sum et humil̄ cor de. **A**lioquin euenit illud de Marie cātico



## Sermo factus constantie

Dispersit superbos mente cordis sui. **E**st autem hec humilitas parens discretionis et custos dum non proprio quasi vano/sz sanctorum patrum credit iudicio. De qua discretionem sz liberrimum est Anthonij documentum conclusum ex mutua patrum collatioe qz ipsa est directrix auringaz virtutum/qua derelicta virtutes ceterae/vix alio opantur nisi precipitium casum vel interitum. Hinc est illud Anthonio missum celitus oraculum/dum aspiciens mirabiles mundi laqueos exclamasset. Domine quis eua detillos? Responsum est: humilitas/ conformiter ad illud psal. Humiliatus sum et liberavit me. **S**equitur tertius effectus/ in quo loquimur/ omnem mentem conseruit in securitatem et iocunditatem/ ia id ipm in Augustino meminimus. **P**ocin Anthonio tradit littera fuisse/ quez non prius cognitum nouiter aspicientes agnoscebat inter ceteros patres ex quadam angelica vultus iocunditate/ et fratris oculo umqz serenitate quem a modum tenere est carnaliter/ qz homo potus vino bono fit hilarior atqz iocundior/ et vt apud comicum est videtur a quile iuuentus. **P**ropterea iudis in mysterio Salomon merentibus et his qz in tristitia sunt dari vinuz. **Q**uo circa sub die quartus effectus/ et non meminere non meminit omnem tristitia et debitum. **Q**uo pacto sic? certe quonia vinu illud letificat cor hominis/ et exclamare facit cu propheta fm multitudinem dolum in corde meo consolationes tue p vinum sapientie/ letificauerunt animam meam. **S**ed quid de debiti memoria vel tractoria? **A**udiat dominus ad Job mystice loquens de solitario/ qualium pater durus velut initium fuit Anthonius loquitur sub onagri similitudine. **Q**uis dimisit onagrum suu liberum. et vincula eius quis soluit? **L**ui ddi in solitudine domi et tabernaculu eius in terra salunginis/ contempnit multitudines ciuitatis/ clamore ex actoris non audit/ circumspicit montes pascue sue et virentia qz pcurrit. **P**redara est et accommoda propositio beati Grego. sup hunc locu expostio lata. **S**ed ad quintu vini transeamus effectum. et omnia precordia fac honesta quippe nihil inquinatu est vbi

est sapientia nihil impuru sordidum/ et recundu. **H**inc tu lacerationem tua. hinc denudationem p demonum rabidos insultus non erubuiti agonista fortis Anthoni **P**ropterea nominatu est nomen tuum in pta pmissione/ boni Jesu in vniuerso mundo. **P**ropterea rursus dici potes martyr qz tormentis ppeffus es eo crudeliora quomaculentior erat tortor demon inferens ea. **S**pectaculu igitur puit loquitur apostolus. **F**actus est angelus dei et hominibus imo demonibus nec erubuiti tanqz bene ebrius/ sicut nec xps nudus crucem nec hypolitus ppriam nuditatem. neqz **H**oc in misterio/ nec apostoli vel martyres erubuerunt vincula carcerem et ludibria. liceat hic carmen ecclesie sophicum de Johanne factu dicere iubilo cordis ad Anthonium/ qz simul fuit virgo martyr et vates. **M**inimis felix meritqz celsi nesciens labem niua pudoris/ spotes martyr heremiqz cultor/ maxime vatu/ maxime quo ad considerationes aliquas. **T**entamus ad sextum vni salutaris effectus/ quo debriatus homo non meminit regem neqz magistratu. **Q**ue ratio? plane quia facit hoiem non timere/ eos qui corpus occidunt et post hec non habent quid faciant. **P**erspicius fuit hoc in Anthonio qz principibus et imperatoribus tota mentis libertate rescripsit post collationem qz credebant christum eos debere reminisci. quoniam sup se dominu habent terribilem apud omnes reges terre. **V**erū quid loquimur de regibus hominibus et magistratibus cu non extimuerit anthonius illum qui est rex sup omnes filios supbie et cui non est potestas similis sup per terram qui factus est vt nullu timeret. demones enim certamina nedu non epavit. sed insultans pnoauit. **T**radit littera Anthonium du adoleseens impugneret a spiritu fornicationis rogasse deū vt videret impugnatorem suu/ qui in specie puci teterimi pedibus suis aduolutus est/ quasi blandiens et supplicans. que Anthonio mox imisit et conspuit dicens. **A**bsit dein superex vt vnqz te timuerim sedissime atqz vilissime. **V**ulta sunt huiusmodi qz strenuitatem ostendunt Anthonij aduersus punci pes tenebrarum/ nec minus solertia dicitur



serenionis contra suas insidias. Agebat id  
 quod alios docuit facere et quod christus tentatus e-  
 git adducebat testimonia scripturarum ad  
 omnem actionem suam. Hoc autem non faciunt  
 qui vel nesciunt vel despiciunt scripturas sa-  
 cras. aut qui eas deteriori puerilitate con-  
 punt. Exemplo Eve que de precepto dei fir-  
 missima fide tenendo dubitans ait ne for-  
 te moriamur. **A**udiuimus de ma-  
 gnanimitate. **S**equitur in effectu septimo  
 magnificencia et omnia per talenta facit lo-  
 qui. Recte perisus euenit hoc in Anthonio  
 cuius mens ebria uino nuptialis ecclesie ni-  
 hil pusillum/mihil uile/mihil eriguum cogi-  
 tare digna est/sed omnia de celestibusque  
 desursum erat/loquebat inftar apostolorum  
 qui uino hoc haustu repente loquebantur  
 magnalia dei. Sunt hec procor magnalia mi-  
 nuta numismata sapie terrene? non/sed ta-  
 lenta magna per que loqu facit sapientia que de  
 sursum est. efferens immensam cordis alti-  
 tudines. sit hoc anagogia de anthonio cui  
 tanta fuit bona generosi cordis elatio. que non  
 dignabatur adherere vel nubere sua uis ir-  
 scibilis potenti alicui nisi summo. Neque sua  
 uis rationalis nubere sapienti alicui nisi sum-  
 mo. Neque sua uis concupiscibilis nubere bo-  
 no alicui nisi summo. dicens ex sententia de  
 uis cordis mei et pars mea deus in eternum  
 et iterum/mibi adherere deo bonum est. Si  
 loquebatur igitur per talenta quod mirandus.  
 Si diuitias et opes hereditarias si uas ar-  
 genteum si numos oblatos in deserto contemp-  
 serit/nullus admiret. **S**ed neque miret  
 illud quod sequitur octauo. **E**t non memine-  
 runt cum biberint amicitiam neque fraterni-  
 tatem. Quid ita meminerint cui dicat pin-  
 cerna uini huius sponsus ecclesie christus si quis  
 uenit ad me et non odit patrem suum et ma-  
 trem et uocem et filios/adhuc autem animam  
 suam non est me dignus. **C**ompleuit hoc be-  
 atissimus Anthonius etiam ab adole-  
 scencia relinquens domum paternam et fororem  
 uelut immemor carnalis amicitie. **C**ui  
 propterea conuenit illud quod sequitur nono  
 Sed non post multum sumunt gladios quod  
 nisi sic fecerit athleta fortissimus Anthoni-  
 us habens in exemplum pincernam et archi-  
 triclinum uini huius dicentem. **N**on ueni  
 pacem mittere in terram sed gladium. **V**eni enim

separe hominem aduersus patrem suum/et  
 filiam aduersus matrem suam et nurum ad-  
 uersus socrum suam. et inimici hominis do-  
 mestica eius. **M**aledicatur a propheta que gla-  
 dium suum prohibuit a sanguine. **N**on ergo gla-  
 dium sumpsit et exerceuit anthonius tanquam  
 potens crapulatus a uino. nedum aduer-  
 sus carnem et sanguinem et aduersus pote-  
 states aereas tenebrarum harum aduersus  
 etiam paganos philosophos quos mira-  
 verborum subtilitate vincebat. aduersus in-  
 super hereticos presertim arianos pestiferos  
 dum accersitus est a sua solitudine in alex-  
 andriam ciuitatem magnam quatinus fi-  
 dem beatissime trinitatis quam corde crede-  
 bat ad iusticiam/ore coram toto populo con-  
 fiteretur ad salutem/ quod et factum est.  
**Q**uamuis enim docuerit quod monachus? ex-  
 tra cellam aut solitudinem/est sicut piscis  
 extra aquam. **F**uicit tamen eum zelus fidei  
 et obedientia prelati ecclesie debita ut iret a  
 alexandria. in qua ciuitate dum premeretur  
 a turbis certatim irruentibus/ ut uirus fa-  
 ma nominis celeberrimum apud eos ipsi uel  
 visu cernerent uel manu tangerent/tamen-  
 tibus et copatientibus nonnullis ut mole-  
 ste ferret/ fertur respondisse/ mibi quidem  
 assueto turbis insultibusque demonum nihil  
 affert hic populosus hominum concursus  
 molestie uel turbationis. **E**cce quomodo  
 contempsit hic onager solitarius multitu-  
 dinem ciuitatis. **Q**uipe tu scis o anago-  
 gia quoniam inter hec omnia tota facilita-  
 te seruabat Anthonius monitionem eccle-  
 sie salutarem. sursum corda. responsio po-  
 pulorum est. **H**abemus ad dominum. que  
 habent in patinis uel ad forum. **P**lane sicut  
 euenit aliquibus ut in uasta solitudine tur-  
 bulentissimam habent cordis inquietudinem  
 ac multipliciter sic ex aduerso tulerat an-  
 thonio tranquillissimam cordis solitudinem  
 medijs etiam populorum circumstrepentium occur-  
 sibus/ipsa in gurgitibus exercitatio prelati ana-  
 gogie coopante gratia dei simpliciter et sta-  
 biliente mentem cordis sui. **E**a demum uia par-  
 est quam christus ecclesie filius legit. **N**on turbet cor  
 uestrum neque formidet aut. **S**uido cartusien-  
**S**equitur postremo uini nuptialium et theo-  
 logica miranda nimis et apud carnales inco-  
 phesibiles effectus licet de corpali uino quo



## Sermo factus constantie

tidie sit exptus. Et atq; a vino emerferint et surrexerint non meminerunt que gesserunt. Ita pfecto est quoniam apostolicum exemplum secuti qui tunc cumq; biberint sobria ebrietatem spiritus qui tunc cumq; profecerint in virtutibus strenuis atq; magnificis ipsi ad anteriora se extendunt ea que posteriora sunt obliuiscetes deputant precedentia opera nullius meriti vel momenti propterea non ostentant illa sed cum Jeremia tanquam paruum mestruate verecundius abscondunt ab oculis sponsi cuius hec est iussio. Tunc feceritis omnia que precepta sunt vobis dicite huiusmodi sumus. Et tu deuse quis sine quis omnia que insula sunt immo vel pauca se fecisse poterit gloriari. Quis poterit certus esse. Quid ni propterea filii hominum qualia cumq; fecerint ecclesie vino potati libenter obliuiscantur nec meminerint que gesserunt. Et hoc est in presenti vita perfectionis evangelice culmine summum istud vere et sine fictione ex intimo mentis sensu cognoscere nedum proferre solo ore. Animaduerte et sensibus (hec imis res non parua) reponere quemadmodum paulus post egregia tot certamina post introductionem eius in superflua vint vite ubi debriatus quid de vestimento corporis sui factum esset nescio inquit deus scit oblitus fuerat tunicam corporis sui in taberna celi. proclamabat non ex fictione vel mendacio absit/ minimus sum apostolorum qui non sum dignus vocari apostolus. Et iterum venit deus saluos facere peccatores quorum primus ego sum. Primus peccatorum tu es o paulus. Et ubi sacrilegi. homicide. adulteri. ydolatre. perversi. ubi facinoribus et flagitijs omnibus operum plerissimi. Statim/ primus sum peccatorum. Quo circa meditandum est quoniam ostentare conabatur paulo similiter et anthonio stultus presumptionis spiritus laudes ipsorum merita gratias et preconia. Respondere debet unusquisque sibi ipsi. Quid habes quod non accepisti. quasi si accepisti quod glorians quasi non accepisti. Tu nonne de massa peccatrice eadem cum ceteris. Tu numquid non in eadem damnatione cum ceteris. Quid igitur extollerere vis aut vales pre ceteris. Tibi gratiam multiplicem contulit deus. Esto neque enim ingratus esse obliuiscendo vel negan-

do te conuenit. Sed est tanto debes humilior ex munere/ quanto te obligatorem esse conspicias in reddenda ratione. At vero non es sicut ceteri hominum raptores/ adulatori. ieiunas bis in sabbato cum alijs operibus bonis esto. Sed si tales essent hominum ceteri sicut tu/ si gratias recepissent a deo sicut tu ipsi plures in dei laudes/ plus in gratiarum sermone seruescerent quam tu/ neque inaniter et luciferano more gloriarent/ ut tu denique noli altius sapere sed time. Nunquid scis hodie qualis mor sis futurus. Petrus negavit christum quando latro confessus est/ ve tibi pauper hominatio qui nescis an amore vel odio dignus sis. Qui rursus tua quantumcumque bona videantur opera/ qua distinctione indicentur ab illo in cuius conspectu non iustificabitur omnis viues/ quali preterea fine terminentur ignoras. Attendas denique quod hec insensibilitas tua proueniat non ex defectu peccati. sed quia totus in peccatis obtorpuit/ stupidus/ languens cecus et marasmus. Reiciebat et obiciebat. Anthonium et similes qui biberant ebria sobrieta te vini sapientie. spiritus arrogantie sub inebriatione tali ne surgentes et emergentes ab ebrietate spirituali/ meminissent per arrogantiam que gessissent qui iuxta quod predictum est effectus participans vini theologia. Sic oblitus fuerat deuotissimus Bernardus qui senex in seruitio dei dum egrotaret aliquando gemebat ad dominum caputlem sane/ quatinus miserans afflictio qui non reperis in me bonum quod remuneres. Te pus meus perdidisti quia perdidisti pro quo quid agam non habeo/ nisi quod cor contritum et humiliatum deus non deprecies. Refert littera de Agathone patre sancto qui proximus fuit Anthonio. Hic veniens ad extrema vite stetit immobilis ad celum oculis per triduum/ interrogantibus eum discipulis suis/ pater ubi es. Respondit. ad tribunal iudicis sto. Et tu times patrem. In veritate fratres timeo. et non perfidiam in operibus tuis quod sunt hinc deum interim inquit studui quantum valui/ seruare mandata dei/ hinc homo sum et alia sunt iudicia dei. Et alia hominum propterea non confido quousque/ vero ante eum. Ecce quemadmodum sanctus



Agathon non meminerat que gesserat.  
**C**eterū quid d te dicemus. o maria pia mater iesu. que impijs p̄sens hodiernis leticiam vini boni communis impetrasti. ne q̄ solis ipis sed vniversis ecclesie sponse filijs miserium condonasti. **Q**uid de te dicemus inq̄. nōne sicut p̄ ceteris humilior gratie vino plenior inuenta es/ sic apud te vilior in oculis tuis exāsti proclamās toto humilitatis spiritu cum apostolo. **V**enit deus saluos facere peccatores quoniam prima ego sum. **E**xistimāto qualis sit aliorum non diffinio. **E**go autē istud sobrie et absq̄ contradictione existimo credi posse nō q̄ pia mater iesu peccato fuerit vnq̄ obnoxia/ vel actuali/ de quo non dubitat. **N**l originali sicut pie creditur. sed peccasset certe si nō venisset deus saluos facere peccatores. **C**uius saluatio nis ipa particeps prima fuit prioritate non temporis sed dignitate excellentie. in modo saluandi **I**taq̄ dimissa sunt ei peccata multa. non dico iam contracta vel acta p̄ eam. sed est dimissio quedam peccati ne contrahatur vel agat̄ quo modo loquit̄ diuinitis **N**on ysus. de purgatione angelorū quā p̄ terea dicit vn̄ doctor anglicanus quem pfundum scola nominat q̄ plures sunt a deo nobis gratie p̄ uariis seu negatiue p̄pter quas ei tenemur ad gratiarū actiones q̄ positine/ quoniam nō est peccatus/ nō est periculū q̄ ruere nō possit homo si nō esset gratia dei p̄ seruās/ p̄ueniens et p̄hibens. **N**ec obstat his que diximus illud xpi. **C**ui plus dimittit̄ plus diligit. p̄bat ea potius et solidat. **Q**uid q̄ anima q̄to biberit amplius de vino **L** sapientie si scite et sobrie fecerit tanto p̄ sp̄i castior est. in vidēdo et delicatior atq̄ viuacior in sentiēdo turpitudinē et p̄cturā peccatorū. ideo sane q̄ aliena peccata sola recogitatio sentit̄ dolet et desit/ plusq̄ habētis illa. **P**oc in ambrosio fuit nouissimū. hoc quotidiano docēt exēplo viri iusti. **O**mittamus peccatores omittamus puros homines. **N**ōne tu bone iesu q̄ peccatū non fecisti/ desens nra facinora maḡ q̄ vulnere tua. cū clamore valido et lacrymis eruditus es p̄ tua reuerētia? **Q**uid igit̄ putādū est fieri dū talis aliq̄s sanctus peccatus aliq̄s videt̄ sibi/ crede mihi q̄ nō est dolor

sicut dolor suus/ pudor sicut suus/ et fetor et horror sicut suus/ hinc despicit se. ab omniatur. se exandescit aduersum se factusq̄ intolerabilis et odiosissim⁹ sibi. flagellat se/ rugiens a gemitu cordis sui. **N**on ita peccatores scelerilibus et flagitijs omnibus plenissimi/ quorū sensus sp̄italis vel obstupuit vel obtorpuit vel penitus emarcuit. **Q**uis tale vinū cognoscere. lege lege quid dominus in apocal. mandat angelo leodicie q̄ neq̄ calid⁹ erat nec frigid⁹ sed tepid⁹. **D**icis quia diues sum et locupletatus et n̄ lius ego. **E**cce virum sanctū in oculis suis virū memorem operū suorū. **S**ed quid sequit̄ intellige. **E**t ne scis quia tu es miser et miserabilis et paup̄ et cecus et nudus. **A**ccipite narrationem in tanta materie seueritate iocūda. **E**rat mulier inclusa/ cui subseruiebat p̄ fenestrellā quedam ancilla **C**onueniebant alij multi/ ps ex curiositate/ ps ex deuotione/ ps ex miseratione. **A**udierat fortassis hec inclusa q̄ iustus in principio accusator est sui. **E**rat ei mos demiss⁹ oculis/ rauca et erili voce cum singultibus suspirijs et plangore se peccatricem accusare se indignam videre lumen celi/ p̄ multitudinē iniquitatū suarū. se p̄pterea reclusā esse/ audiebat ancilla frequētius hos sermōnes. **C**ontigit tandem aliquando venire quosdam ad locū illū/ quibus petentibus qd̄ domina sua hec bona mulier reclusa faceret? **R**espondit ancilla/ sustinete paulisper qm̄ puto quiescat/ inter loquendū vt sit q̄ si uerūt ab ancilla quid ei de domina sua uideret? **Q**uid uultis dicam vobis/ hec est pessima peccatrix pessima oī q̄s terra sustinet. **S**ubaudiēs hūc sermōnē reclusa/ eriliq̄ d̄ re p̄te fures et insaniēs/ mētiris vilissima mētiris venefica. **E**go bona suz mulier. **P**orro ancille nō desint vafra et acuta responsio **D**ro p̄ vestram fidem o domina/ ne turbe mini/ existimabam vos hactenus vera dixisse. q̄ erat̄ maxima peccatrix. **Q**uid responderet domina non habuit nisi q̄ est q̄ se nequiter humiliat. **E**t itē. **E**st qui corde loquit̄ et ore. **Q** Redeam⁹ ad anthoniū quem non meminisse arroy ane eorum q̄ gesserat in ebrietate vini nuptial ecclesie contumamus tum ex multis que litera tradit/ tum ex hoc qd̄ moriens celari vo



## Tractatus de nuptiis

fuit sepulchrum suum fecit hoc ex humilitate. q.  
d. deo q. laudat ab hoibus vitupante te n.  
saluabit ab hoibus danate te: Noluit igitur  
ab hoibus gloriari q. est putredo et vinitus  
noluit sepulchrum suum egyptiaco ritu venerari  
p. morte. Verum aliter prouidit q. humilia re-  
spiciat deus immensa illum putremere est tu-  
mulant gloria. **F**elicem dixerim Gien-  
ne et Burgundie regionem que venerandis  
h. corporis sacro sancti reliquijs decorat. **F**  
felicem qui religioso et peculiari quodam  
santi patris obsequio dedicari meruerunt.  
**Q**uid q. gloriosissimus iste sanctus po-  
tentissimus in miraculis pferat sup obse-  
sionis a demonijs/simpliitate humile et no-  
cuiam in discipulo suo paulo rusticano ta-  
tum coluit tantum veneratus est vt ad euz  
emitteret energuminos difficilis curatio-  
nis se no ad hoc qm deputatus ydoneus.  
**N**ec nonne gradis humilitas viri tanti cu-  
ius vita omnis fuit ascendendo de virtute  
in virtutem/per centum, et quattuor vel eo  
amplius annos. Erant qui sobrietatem a  
carnibus/castitatem veneris no vtentem cri-  
minant abbreviationis vite. immo et quz  
doq. mortis causas esse in religione viuenti-  
bus: Proinde notetur hoc et maneat alta-  
mente repositum. nemo tam peccator es qui non  
veniam psequi qui no saluari possit si puer-  
sione haberet ad deum pauculo tpe vel moni-  
to qualem velut assidue p tot annos habu-  
it anthonius. **E**x quo ppendite q. tus i eo  
fuerit cumulus meritoz in via/ q. tus no  
p. moz in patria. **V**iri num pcellerunt vinum  
qd sic cogit facere. vt put hz altera lra. **V**  
viri num pcellerunt vinum qd sic cogit facere sic  
**A**nthonius hoc est vinum diuine sapie/vinuz  
fidei. **N**o illud ifame qd fabula et puerbit  
fecit i hoc calice sed vinum fidei p. osissimum  
quo dotauit ecclesiam xps sponsus suus i  
nuptijs hodiernis si ad mysticu sensu tra-  
duxeris. **Q**uod iuxta p. niss et tanti patris  
**A**nthonij certissimum documentum si rite p-  
pinatum fuerit no i aureo calice babilonis  
terrene animalis et dyabolice sapientie p. in-  
traditiones hoim veritate in mendato de-  
tinent/mentes potant sedu cit primo: hoc  
est seorim dicit. quod humilitat. quod as-  
sequerat/ qd iocundat qd honestat qd dat

magnanimitate/quod confert magnifice-  
tiam/quod tollit amicitiam noxiaz/qd ac-  
tulit infrenuitate mirabilem. **E**t tandem  
posterior cogens obliuisci extendere sp in  
antenna mentes facit. **E**rubescant igit  
detractores sacre scripture qui vinum suum  
miraculose ministratum nuptijs ecclesie p. **N**  
fertim die penthecostes qn docti sunt ap. li  
ocari veritate no volut primum poni sed illud  
vel abominant et nauseant vel sperunt vel  
negligunt aut certe miserabiliter du biberunt  
in furore suum et insania vertunt. que admo-  
du videre e in febricitantibus/qbus vinum q.  
melius eo nocentius/febris aut altera q. illi  
est deterior ipsa peccati malicia: **E**t q. sapiens et  
excecavit illos malitia eoz neq. spauerunt  
mercede iusticie. **E**rubescant p. teres q. lau-  
dibus tuis. **G**loriosissime et vsq. ad vlti-  
mum terre noianissime p. **A**nthoni/ non ap-  
plaudunt sz detrahunt/q. ministros tuos vel  
no reuerentem suscipiunt/vel irridetes abijci-  
unt/miscentes p. tumelias suis impietatem  
hereticam si veritate hz accusatio q. iudicialit  
facta est nup. i hoc sacro calice. immenim  
aliu tibi fuisse deuotionis honore o sacro sa-  
cta m. caput et magistra fidelium oim roma-  
na ecclesia q. p. stituit vt vn. sp. cet. ordinis  
beatissimi p. ris anthoni q. romanam curiaz  
sequens ipse et fragmenta a mensa pape colli-  
gat in elemosyna paup. et curat. p. p. et  
quasi p. chialis oim qui vulgarioocabulo  
curtisanus noia existat. **N**onit ad hoc p. ius  
religionis xpiane sp. s. recogitas q. mira-  
culis in vita/ q. post morte b. n. c. i. s. et opit  
lationib. refulsit idem anthonius/p. fertim i  
hac quadam sp. ali. p. rogatiua q. igne sacru fu-  
gat ex corp. obus insignu q. igne p. cupie li-  
bidinose p. niciofiores in nocatus refrigerat  
in cordib. **E**rcamat ad odore ignis h. in  
femalis teptatus: **S**acer anthoni adiu-  
uaz me. **C**onfutaunt hereticos anthonius ia  
dictu est/ et repeto q. sener et solitari neq. po-  
pulu habens subditu neq. litteras dicit  
erat/ exiit heremum et venit ad alexandrie ci-  
uitatis magne p. ventu. **A**ttendant obse-  
dant exemplum hoc p. funda cogitatioe q. co-  
stituti sunt habere cura gregis dominica ha-  
bere sublimitate simul cu obligatioe pasto-  
ralis officij/ quiq. salutem animarum qui



pacē regnoz/qui pullulantū assidue eorū  
extirpationē qui catholice veritatis eluci  
dationē querunt/qui p̄terea robur decus &  
honorem huius sacrosanctę synodi cupiūt  
integrum seruare. cupiunt ab heresibus in  
sua sino quotidiē nascēbus obuiare. p̄  
uideant celeriter ne p̄difices sui ne docto  
res & vocem habentes vel de ignorantia si  
nesciant vel de culpabili vecordia & accepti  
one personarum si negligant arguantur.

**Q**uebat hoc loco zelus domus dei  
zelus ecclesie/zelus honous & debiti hu  
ius sacri concilij. fortitudo vini nuptialis.  
declamatoriam immo satiricam vel tragi  
cam inuentionem in hereses et errores euz  
suis defensoribus cum dissimulatoibus/  
qui nō minus damnosi q̄ culpandi sūt de  
latrare. **S**z asstitit moderatrix sobrietatis. ex  
pectetur aut tempus aliud oportunos loc  
alter apuor & actus capacioz. Neq̄ em̄ de  
sperandum immo sperandū est equanimi  
ter. q̄ hec sacrosancta synod⁹ p̄ut cepit he  
reses extirpare sic et pficiet que radicem do  
ctrine pestifere succidēdo/ dedit intelligi cō  
sequenter ramozum adulterina noriaq̄ge  
nimina debere succidi. p̄ opterea compri  
matur et p̄opofuimus sermo noster ne v̄  
loquacioz effluat vel prolizior attediet vel  
mordacioz et satiricus exacerbet. Nam  
quid opus teneret mordaci radere veru au  
niculas aut paruos. Succenseat licet ostē  
tamz sui iactantia submurmurans illud e  
iusdem satirici. Scire tuum nihil est nisi te  
scire hoc sciat alter. **F**eret nihilominus  
equo animo studiositas speculatrix/questi  
unculas ab ea motas cum solutionib⁹ vel  
supp̄ant vel inscripis distribui. **F**iat er  
go tandē finis in obsecratione qualē ab ini  
tio premisimus. **C**onuertatur quesumus  
o saluiter chūste nunc apud nos i ecclesie  
nuptijs congregatos turbida grauis & no  
xia aqua sapientie terrene animalis et dya  
bolice & fiat vinū sapientie salutaris in so  
brietate & sanitate potatur. **C**onsequemur  
autem istud miraculū patres religiosissī  
mi. Patres deo dignissimi si mystice fueri  
mus in chana galilee hoc est zelum habue  
rimus transmigrationis ex hoc mūdo ad  
patrem. si p̄terea nostri Jesu mater salu  
tis istica fuerit si dixerit pia insinuatie ora

tionis voce ad Jesum p̄ orationes hie vo  
catum cū discipulis/vinum nō habēt. Si  
subinde ministri qui sumus nos observa  
uerimus monitionem eiusdem matris ier  
su/quod cūq̄ inquit dixerit vobis (nō du  
bium quin⁹ Jesus) facite quia vinum sapi  
entie p̄ virtutem datur obedientie. **N**ant  
initium sapientie timor domini. **S**i demū  
ydrias ad purificationē positas que sunt  
corda nostra sp̄leuerimus vsq̄ ad summū  
aqua cōtritionis & lacrimose compunctio  
nis/que haurienda est de puteo pfundō cō  
siderationis. hinc miseriarum nostrarum  
q̄ cor cōtritum & humiliatū deus nō despi  
cies. hinc misericordiarū dei quartum nō ē  
numerus. **T**unc faciet iesus initium signo  
rum p̄uertet aquam hāc in vinum. itaq̄ li  
cebit vnicuiq̄ nostrum dicere cum prophe  
ta. **H**unc cepi nūc est initium. quia confu  
derauerit homo supple viuens hie tunc in  
cipiet. hec est mutatio dextre ex celsi. **Q**ui  
mutationis sacratissime et beatissime nos  
per gratie sue miraculum participes effia  
at **J**esus christus ecclesie sponsus de cuius  
gloria qui est deus benedictus in secula.  
**A**men.

**F**init sermo factus corā sacrosancto ge  
nerali **C**onstā. p̄ alio p̄ dñm cancellariū  
eccleie **P**arisiē. Anno dñi. **A**d. cccc. xxvij  
die dominica. xvij. **J**anuarij qua die fuit  
festū beatissimi patris **A**nthonij.

**T**ractatus eiusdē in  
quo soluit questiones in p̄cedenti s̄mone  
motas et tū c̄breuitate t̄pis vigente nō  
solutas.

**O**ptie facte  
sunt in chana galilee/ et  
erat mater **J**esu ibi &c.  
**A**llis & tu nobiscum  
pia mater iesu/ quatinus  
te petente ministret nob  
hodie vinū sapie saluta  
ris sacre q̄ deuotiois. q̄  
vt fiat te salutamus diceres ane nuptie &c.  
**S**up quadrigēta thematis huius deduc  
tione corā sancta **C**onstā. sinodo tenu  
mus als modū s̄ dialogi soli⁹ s̄ tetralogē  
quęq̄ modū q̄tuor esse filias sacre sapie